

habemus quia ipse saluator dixit. Amen dico uobis quia angeli
 eorum semper uident faciem patris mei qui in caelis est; qui cor
 te credimus quia omnia opera nostra quae operamus in die & in noc
 te siue bona siue mala ab ipso angelo renuntiata in conspec
 tudini. Angelus bonus nobis consilium oratur ad bona
 opera operanda. & ad dexteris semper habet credimus; cum
 autem malum cogitamus aut aliqua peccata facimus. tam
 capitalia quam minuta cummittimus. tunc a sinistris malignum
 diabolus hortatorem habemus; & cum peccata cogitamus
 aut facimus diabolus gaudet & angelus se tristatur.
 & cum ociosa uerba & praua dicimus. diaboli consilium est.
 cum autem in gememus & suspiramus ^{aut} aliqua bona ^{opera} facere
 cogitamus. tunc consiliatorem & administratorem illum
 angelum semini dei habemus. Nam de illa mala opera quod superius
 scriptum est. quod diabolus in adam pro malum consilium submi
 nistravit. hoc est gula. cupiditas. superbia; Istas tres causas
 multa mala generant. Id est superbia. sacrilegium. homici
 dium. fornicationem. furtum. auaritia. luxuriam. falsum
 testimonium. iram. discordiam. purium; Nos igitur dilec
 tis simis. ponamus contra superbia humilitatem. contra gula absten
 tiam. contra cupiditatem aelimosinam. contra sacrilegium ueram poe
 nitentiam. contra homicidium dilectionem dei & proximi. contra for
 nicationem ^{con} continentiam. contra furtum bonitatem & benignita
 tem. contra auaritiam caritatem. contra luxuriam castitatem.
 Contra falsum testimonium ueritatem de toto corde. Contra auram